



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 13. De impedimento vis seu metus grauis,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

nuncium accepit de morte prioris, quanto cuncte anno-  
rum spatio is absurdi. Hanc esse constitutam a Clemente  
terio, habetur ex cap. In præsentia De sponsi. & à Lucio ter-  
cio, ex cap. Dominus De secundis nuptijs. Moderata est autē  
postea per Innocentium tertium in cap. finali De lite non con-  
test. Si autem r. vbi habetur, quod iudex Ecclesiasticus in  
tali causa procedere non debeat, nisi verosimiliter præsumatur  
de morte viri: quod quidem indicat ad procedendum,  
aliquando sufficere posse indicia quæ pariant verosimilem  
præsumptionem. Quando sint vero talia, quæ sufficiant, vt  
& quando nuncium accepit: um de viu morie sit certum sufficiens,  
relicet est prudentis arbitrio attentis circumstantijs occur-  
rentibus.

Secunda propositio est: Mulierem posse bonâ conscientiâ secundo viro nubere, quando talis est publica fama, aut  
talia adiunt indicia de morte prioris mariti, ut indicio Ecclesiastico Iudicis alteriusq; prudentis, boniq; viri, faciant verosimilem præsumptionem. Hæc præterquam ex præcedenti  
sequitur, habetur etiam ex eo, quod falli possit is qui mittit  
certum nuncium: ita vt hoc non excludat omne periculum  
deceptionis: & nihilominus potest sufficere ad excusationem  
secundarum nuptiarum, ex cap. In præsentia, & ex cap. Do-  
minus ante citatis. Igitur sufficere quoq; poterunt alia indi-  
cia, quæ faciant non minorem probabilitatem quam idip-  
sum certum nuncium.

De qua probabilitate aduerte, talem esse debere, vt exclu-  
dat omnem contrariam, quæ rem faciat dubiam: aliqui ei-  
nun esset abstinendum a secundis nuptijs, quod nullum ha-  
bet periculum, non autem illas inire; in quo periculum esset  
tum nullitatis matrimonij, tum etiam adulterij. Pro quo fa-  
ciunt quæ Sanchez tradit in memorata disputatione. 46. quæstio. i.  
qui & in sequenti quæst. 2. bene docet viuis testimoniū de  
morte prioris mariti non sufficere vxori ad licet nobendum  
alteri: quia si in cauīs pecuniarijs dictū viuis, insufficientis  
est; multo minus sufficiet in causa secundi matrimonij, in  
qua imminentia damañ peccati, invaliditas Sacramenti, in-  
famia, & dedecoris, si vir ipsius superfluitas sit. Excipit autē in  
fine ei, idem quæstionis casum in quo ob loci distantiam nō  
posset haberi alia probatio: & qualitas personæ, & verifi-  
cavitudo eorum quæ dicit, prudens iudicet fidem esse ei ad-  
hibendam. Ex eodem fundamento tenendum videtur eti-  
am quod idem multis pro se citatis tenet, solam famam non  
sufficere ad probacionem mortis mariti, nisi alijs adminicu-  
lis fuleatur: vt quod ea sit longi temporis & cōstans in loco  
vbi maritus morabatur, & ex alijs id genus, quæ ipse Sanchez  
citatis authoribus refert: additis conditionibus quas fama  
requirit, vt plene vereq; probata cœleatur: quæ cum spectet  
ad vium fori externi, ei cui libuerit ipsum videndas relin-  
quemus.

Tertia propositio est: Mulierem quæ priuata etiam au-  
thoritate, nuplū secundo viro, non esse ab eo separandā per  
Iudicem Ecclesiasticum, nisi certo confiterit, quod prior  
maritus viuu. Hæc deducitur ex eo, quod talis mulier eidem  
secundo viro postulantur, non debeat negare debitum; quan-  
do ipso de morte prioris viri adhuc sibi dubitandum existi-  
mat, ex cap. Dominus, De secundis nuptijs.

Quarta propositio est: Mulierem quæ siue temere, siue iu-  
fisi argumentis submixta contraxit cum secundo viro, si po-  
sa sciuenter priorem maritum viuere, debere ab hoc posteriori  
abstinere. Quod si nesciat certo, credat tamen leuite, &  
siue iufisi argumentis, debet ad consilium sui pastoris dubita-  
tionem huiusmodi deponere, libereq; non modo reddere,  
sed etiam petere debitum. Sin credulitas eius probabilis sit  
& discreta, utpote innixa verosimilibus coniecturis & argu-  
mentis, tenetur quidem reddere debitum eidem secundo vi-  
ro petenti: sed illud ab eo petere non potest. Hæc habetur  
ex cap. Inquisitionis De sententiis, excommunicatis. Pari autem  
ratione, quando matrimonium ratum solummodo, nec cō-  
summatum fuerit, iudicandus est de muliere, quæ cum se-  
cundo viro contraxerit, eo quod crederet priorem illum in-  
gressum esse religionem: nam si res aliter se habere depre-  
hendatur, ipsi priori adhærere compelletur, etiamsi secun-  
dum matrimonium fuerit consummatum ex cap. Licit De  
sponsa duorum. Id quod Couarr. tractat in Epitome part. 2.  
cap. 7. §. 3. num. 5.

ALIA difficultas hæc occurrit, An ille qui exissimans uxo-  
rem suam adhuc viuere, cum esset mortua, contraxit cum se-  
cunda, valide contrarerit. Ad quam cum Sylu. Matrimonium  
8. quæs. §. 5. Nauar. in Enchir. cap. 22. nu. 56. distinguendo re-  
spondet: quod si talis putarit se posse uxorem secundam du-  
cere viuente priore, quantumcum, sciret id esse peccatum, tunc  
matrimonium fuisse validum: quia vere habuit intentionem:  
cōtrahendi; neq; interuenit impedimentum coniugij, scilicet prior  
vxor iam esset mortua. Sed si existimarit se non posse tale  
quid: utpote sciens contractum cum secunda, viuente priori,  
non esse matrimonium: tunc invalidum esse matrimonio-  
num, quia non habuit intentionem contrahendi, sed solum  
decipiendi. De eo qui in tali casu vniuersitate intenderet matri-  
monium contrahere, non distinguendo an possit, vel non pos-  
sit valide contrahere viuente adhuc uxore, dicendum videtur  
quod valide contrahat: cum intendat contrahere eo modo  
quo potest, nec subtiliter impedimentum coniugij, nec aliud, ut  
supponimus, dirimens matrimonium.

Cæterum ille qui sciens uxorem adhuc viuere, dicit se-  
cundam: præter peccatum mortale, quinque penas incur-  
rit. Nam in cap. 2. De sponsa duorum, illi imponitur vt  
quadraginta diebus in pane & aqua iejunet, & septem se-  
quentibus annis poneat. Deinde fit irregularis, ex capi-  
t. Nuper De bigamis. Tertio, contrahit matrimonij impe-  
dimentum unum de minoribus, significatum nomine cri-  
minis, de quo in sequenti sectione tertia. Quarto, efficitur  
ipso iure infamis, ex citato cap. Nuper. Ac tandem incur-  
rit penas alias adulterij, & stupri, de qua re Couarr. in cit. §.  
3. numer. 6. & 7.

## C A P. XIII.

## De impedimento Vis, seu Metus grauis.

## S V M M A R I V M.

- 75 Duo modi quibus vis seu metus grauis potest impediare matrimoniū: & diversas fori exterioris & interioris in iudi-  
cando de confessu in matrimonium.
- 76 Quatuor conditiones requiriuntur: vt per metum reddatur matrimonium invalidum: quarum prima est, vt malum quod timet, sit graue.
- 77 Idem q; probabilitate immineat; nec necesse est grauius esse ma-  
trimonio ingrato, dummodo vere sit graue.
- 78 Secunda conditio requiriuntur: vt metus sit extrinsecus ab homine  
incusus. Et tertia, vt sit in usus ad obtinendam celebratio-  
nem matrimonij.
- 79 Quarta, vt sit iniuste incusus, & nonnulla quæ ex ea infe-  
runtur.
- 80 Quipermetum cadentem in constantem virum matrimonium  
contrahit, non peccat vt contrahens invalidum.
- 81 Metus peccati mortalis, confitetur cadens in constantem virum,  
& de veniali quid tenendum.
- 82 Metus amicoris bonorum, metus infamie, metus excommuni-  
cationis, & metus luci cessantis, quatenus censeantur ca-  
dere in constantem virum.
- 83 De metu reverentiali: quatenus ex eo contractum matrimonium  
sit validum.
- 84 Moderatio cum qua idem accipiendum est: & de minus con-  
siderante metu reverentiali.
- 85 In quos cadat metus reverentialis: & an importune preces ad-  
iungunt eisdem metui, ipsum facient cadentem in virum con-  
stantem.
- 86 Quatenus non possint aut possint inferiores à superioribus com-  
pelli ad matrimonium.
- 87 Matrimonium cōtractum metu cadente in constantem virum  
non redditum validum per adiectum iuramentum, nec vim ha-  
bere possit aliorum.
- 88 Nulla est obligatio contractum matrimonij per metum cadentem  
in constantem virum, initi de futuro, etiam si adiectum sit  
iuramentum de non contraeniendo ei.
- 89 Obiectio in contrarium solutione.
- 90 De dubio an validū sit matrimonium contractū & consumma-  
tum metu cadente in constantem virum, aliud tenendum quoad  
forū extēnum, aliud quoad internū, & quid.

**V**is seu metus grauis duplíciter potest impedire dire matrimonium: vno modo, auferendo non tantum libertatem consensus, sed etiam consensum ipsum: vt quando homo propter metum, non consentit reuera, sed tantum fugit se consentiret; tuncq; matrimonium inualidum est omni iure, tam naturali & diuino, quam Ecclesiastico: quia omni iure consensus requiritur ad matrimonium. Ad hoc faciunt cap. Si verum ei tua sanitas 31. quæst. 2. & cap. Consultatione De sponsal, neque id in dubium vocatur. Altero modo potest impediare auferendo tantum consensus libertatem, non autem consensum ipsum: vt fit cum quis vere quidem consentit in matrimonium, sed iniuit omnino propter metum grauem, qui dicitur cadens in constantem virum: sicutq; certum est, inualidum esse matrimonium de iure Ecclesiastico, iuxta cap. Veniens 2. De sponsal. & cap. 2. De eo qui duxit in matrimonium.

**S**ED DVBIVM EST, An sit etiam de naturali & diuino. Ad cuius explicationem & aliorum hue spectantium, prænotandum est 1. quod est in foro exteriori consensum librum in matrimonio interuenientem iudicetur per signa externa, & in primis per consecutam copulam carnalem: ac etiam iuxta cap. Ad id, De sponsalibus, per cohabitationem diuturnam, seu quæ duraverit post cœlestionem metus, nihilominus tamen in foro interiori nullum locum est signis sed relatio*i* consensit rei veritatem: De quo per cap. Tuanos De sposal docet Couarr. in Epitome par. 2. cap. 2. nu. 2. quod in foro exteriori credatur testibus & alijs documentis, non autem consensit in causam propriam: contra vero in foro interiori consensit testimonium sufficiat, quantumcunq; mille aduerserunt testes.

Prænotandum est secundo, requiri quatuor conditiones ut Matrimonium per metum reddatur inualidum. PRIMA, vt metus non sit leuis, quod ex instituto tractat Sanchez lib. 4. disputar. 17. sed grauis sit; qui in antecitato cap. Veniens dicitur cadens in constantem virum: de quo in precedenti libro 1. cap. yltimo pluribus egimus. Sufficiet hic notare tria esse necessaria ut talis sit, saltem sufficiēter ad reddendū matrimonium inualidum. Primum est, vt malum quod timetur sit graue, seu valde magnum: de quo si non constat iure, relinquitur desiniendum arbitrio Iudicis in foro externo: & arbitrio prudentis in foro interno, prout alijs citatis notat Sanchez in eod. lib. 4. disp. 5. sub initium: in qua consenserunt tradit, quæ sint illa mala, de quibus iure conseruit, quod sufficiant ad metum cadentem in constantem virum, inter quæ certa sunt maximè indicata hoc versu:

Stupri, siue flatu, verberis atque neci.  
relata à D. Thoma in 4. distin. 29. quæstio vñica, artic. 2. ad 2.  
Nam moris & cruciatus corporis per verbera, aut aquivalentem illis carcerem diuturnum, vel cum vinculis atrocibus, satis conflat adferre metum, qui cadat in constantem virum: idq; habetur ex cap. Cum dilectus De his quæ vi, & ex lege Nec timorem f. Quod metus causa. De mutatione status, qua ex libertate in feruitem aut captiuitate redigitur aliquis, itemq; de violatione pudoris in scena in casta, idem conflat potest ex quod talia mala censemantur non inferiora verberis & carcere. Quæ ratio est, ad quam circumstantijs dispeccit, prudens formare debet suum arbitrium in reliquis casibus: de quibus Sanchez in eadem disp. 5. Ex quo in precedenti disp. 4. adquerre quod diximus, procedere non tantum cum cuiusmodi mala inferuentur sunt illi, qui timet, sed etiam quando alijs valde coniunctis; vt patris, vel matris, vxori vel filii, aut alijs consanguinitate vel affinitate, vel amicitia valde coniunctis.

Alterum necessarium ad metum cadentem in constantem virum, est ut prædictum graue malum probabiliter imminent: nec enim vir est confitans, qui malum etiam si magnum timeret, quantumvis cognoget illud minime sibi imminent. Hoc, de quo plenius Sanchez in eod. lib. disp. 1. conditione 1. colligitur ex cap. fin. 31. quæstio. 2. vbi glossa verbo Reprehensibile duas causas tangit propter quas malum censemendum est non imminenter probabiliter. Prior est imbecillitas persona quæ tale malum minatur: aut si ea nō solet minus exequi. Videntur est Sanchez ibid. conditione 4. Posterior vero est locus publicus, in quo multi adsum qui valeant illud impediare. Idem iudicium est quoties timens potest aliter occurrere malo sibi

imminenti, qui contrahendo tale matrimonium. De quare idem Sanchez ibid. conditione ultima.

Postremum necessarium ad prædictum metum, est ex plurimorum sententia, quos commemorat Sanchez in sequenti disput. 2. sub initium, talem proportionem esse inerit malum quod quis minatur & matrimonium inuitum, vt melius sit accipere vxorem ingratam, qua u pati tantum malum. Ratio est, quod cum viri constanter (ut pote sequentis rectæ rationis iudicium) non sit eligere maius malum ad vitandum minus, nec fanè erit eligere matrimonium: quando ipsius celebrationem pati, maius malum est, quam pati id quod alter minatur. Verum tamen idem Sanchez ibid. numer. 3. cum Nauarro & aliquo alijs quos refert, sententiam contrariam sequitur; que ut mitior teneri potest: respondendo ad rationem allatam, iura gravitatem metus, per quem matrimonium redditur inualidum, metu ex granitate mali quod menitur: adeo ut cum illa de se tanta fuerit, vt malum redditur a viro etiam costanti metendum: sit nata impeditur in eo libertate consensus, requisitus ad matrimonij validitatem. Si virgines ex lege quinta, ff. Quod metus causa, metum accipendum est; quemlibet, sed maioris mali: idem Sanchez responderet ex glossa ibidem, comparatiuum illie sumi propositio; sensumq; cflc timorem maioris mali; id est, magni mali.

**S**ECUNDA conditio ad metum requisita, vt sit redditum matrimonium inualidum (de qua Couarr. in Epitome 2. part. cap. 3. §. 4. num. 16 & plenius Sotus in 4. disp. 19. quæst. 1. art. 3. verbi Regula ergo generalis) est, vt extrinsecus ab homine sit inculcus: ita ut inter insecus ab ipso metente suscipiat ex aliqua suspitione propria, aut passione aut inculpabili re experientia, non redditum matrimonium inualidum. Quocirca verum matrimonium censetur, cum quis metu mortis, aut naufragij concubinum ducit in vxorem: similiiter cum ex quibusdam suspicionibus vel iudicis metu infamia, aut alterius mali concipiens, contrahit matrimonium. Item ex morbo quo laborat timens mortem, promittit medico se accepturum filiam eius in vxorem: si ipsum curaverit; non enim medicus, sed morbus metum illi incitat: & sic de similibus.

**T**ERTIA conditio, quam Sotus ibidem subiungit, est, vt metus non tantum incurvatur ab homine, sed etiam incurvatur ex fine ut matrimonium celebretur. Nam alio fine incurvatur, etiam ab homine, non redditum matrimonium inualidum. Et ita, inquit ibidem Sotus, si oblideatur aliquaciuitas, & dominus illius metu mali imminentis matrimonium contrahat cum filia obsidentis, illud est validum, quia obsidio non est ex fine cepera, vt talis ad matrimonium cogeretur: quo fine si capitula fuisset, matrimonium esset inualidum. Similiteris, qui iam ab hoste captus matrimonium offert vt liberetur, contrahit valide: vt & is cui ad mortem propter sua facinora damnato, Iudex vitam offert, si aliquam ducat in vxorem. In talibus enim casibus non incurvatur metus ut matrimonium celebretur: sed potius celebratur matrimonium ut metus auferatur.

**Q**UARTA conditio, de qua pluribus Sanchez alijs citatis, lib. 4. disp. 13. est, vt metus iniuste incurvatur ex fine, ut matrimonium celebretur. Si enim iuste incurvatur, non ideo impeditur validitas matrimonij. Nam ratio cur contractus metu factus censematur inualidus, est quod contra iustitiam celebretur quod non contingit cum quis ad illum iuste cogitur. Matrimonium igitur non erit ex eo inualidum, quod contrahatur metu, si sit iuste inculsus. Accedit: quod quādo metus iuste incurvatur, illi cui ob peccatum suum incurvatur, censematur causa est illius: adeoq; libertatem per illum sibi auferre. Nam eo ipso quod peccavit, meruit vt sibi talis metus incurvatur, atq; plena contrahendi libertate priuare. Sic ex cap. 1. & 2. De adulterijs ille qui intulit stuprū virginis, cogitur etiam penam temporali, eam ducere in vxorem: ac secundum omnes, teste Nauar. in Encir. cap. 22. nu. 5. in fine, is qui feminam cogit secum matrimonium contrahere, si ipsa postea libere consentiente, ille renuat consensum præbere, cogi poterit ad præbendum.

Ex hac conditione infertur verum esse, quod Sotus ibidem adhuc ait, nō esse validum matrimonium, ad quo quis furti aut homicidij reus cogitur ab alio incurvante metum,

quod nisi filiam suam dixerit, illud ad Iudicem defret. Nam quāmuis possit iuste ferre, non potest tamen iuste per de-  
lationem illi metum incutere in eum finem, vt filiam suam  
ducat in vxorem. Infertur pariter (ad idq; facit cap. Veniens  
2. Desponsi.) non esse validum matrimonium, si qui inue-  
nit aliquid cum filia, illum metu mortis, propria autorita-  
te cogat matrimonium cum ea contrahere. Nec enim pater  
potest auctoritate propria, iuste talem cogere ad matrimo-  
nium: quia id iudicis officium est. Valeret autem, si pater  
non venisset animo cogendi illum ad matrimonium, sed animo  
interficiendi illum ob eam culpam: ille autem precibus  
imp̄ tristitia ab eodē patre, vt viam libi condonaret, sub  
conditione quod filiam suam acciperet in uxorem. Tunc enim  
metus non est in cūlūs ut matrimonium fieret, neq; con-  
uentio illa continget ut matrimoniu obtineretur per metum: sed ut metus per matrimonium tolleretur, sicut in casib;  
propositis in 3. conditione. Valeret quoq; matrimoniu si tunc pater tantū minaret se accusatum illum apud Iu-  
dicem, nisi filiam accipiat in matrimonium: eo quod pater  
non tantum potuit talem iuste accusare: sed etiam iuste illum  
accusare in eum finem ut matrimoniu contraheret, ad quod  
index illum iuste cogere poterat.

Iam sequitur, vt ad dubia de re proposita veniamus quā  
latini quidē persequuntur S. Sanchez in supra cit. lib. 4. sed con-  
tentī erimus necessaria nostra instituta, quam paucis fieri  
poterit, perstringere.

## Dubia de re proposita.

**Prim Res DubIVum Est**, An peccat is qui matrimonium  
contrahit per metum cadentem in constantem virum, illum  
tractat Sanchez disp. 16. cum quo ac cum alijs quos ipse citat  
nu. n. 6. cōspodendum est negatiū: quia contrahere inuidū  
non est intrinsecus uoce gene & malum: vt patet ex eo quod  
in cap. vñco §. idem quoq; De desponsi. impub. approbatur  
cōtractus matrimonij per verba de presenti initio inter im-  
puberes: & declaratur non valere tanquam matrimonium,  
sed tanquam sponsalia: quae approbatio satis ostendit nō esse  
peccatum de se, matrimonium contrahere inuidū. Deinde  
sic contrahens matrimoniu, nec facit iniuriam proximo, qui  
illum in iuste cogit; nec Sacramento, cuius inuiditas in hoc  
casu non est ex parte contrahentis: sed à iure irritante, tota  
prouenit. Cuius prohibitioni contraveniens, à peccato excusatur  
per metum cadentem in constantem virum, si inuidū  
tetur in odiū religionis vel contemptū Eccl. lxiij: atq;  
adeo in iniuriā Christi rebus omnib; anteponiendi. Nec etiā  
ratio peccati potest in eo confitui, quod abutatur materia  
vel forma Sacramenti: quoniam consensu & verba quibus  
matrimonium contrahit per metū cadentem in constantem virum:  
nec materia sunt nec forma vera Sacramēti ma-  
trimonij: quandoquidem non valent ad contractum eum,  
quem in Sacramentum Christus eleuauit. Namq; talis con-  
tractus debet & est validus: qualis certe non est factus metu  
cadente in constantem virum, utpote qui irritus est ipso iure.

**Secundum Res DubIVum Est**, An cuiusvis peccati metus cē-  
fendus sit cadens in constantem virum. Respondeatur, de me-  
tu peccati mortalis certum esse, quod sit talis censendum: cum  
confite peccatum mortale, pluſ quam morte timendum  
esse, ex cap. finali 31. qu. 2. & ex cap. Sacris De his quæ vi, &c.  
De metu vero peccati venialis Sotus in 4. diff. 29. q. 1. art. 2. cir-  
ca medium, id negandum censem: nec sine ratione: quia licet  
malum sit co mittere peccatum veniale: & è contra virtutis sit egregiū, mortem potius quam illius cōmissionem eli-  
gere; non censem: tamen quis inconstans ex eo solum, quod  
tali peccato succubuerit, quia cum septies in die iustus taliter  
cadat, ex cap. 2.4. Prouerb. nemo in presenti vita inuenire-  
tur, qui constans dici posset.

**Tertium Res DubIVum Est**, An omnis bonorum amissio vel  
infamia, vel maior excommunicatio constituit metum caden-  
tem in constantem virum. Istud Sanchez tractat in cit. lib. 4.  
disp. 5. docens à num. 20. de metu amissionis bonorum, quod  
cadat in virum constantem, quando iactura est grauis, & ali-  
cuī momenti: nec facile ei occurrī potest. Cuius doctri-  
na fundamentum est, quod talis amissio & quiparetur  
morti: vt iudicatur per illud, quod ad eam auertendam ho-

mines non dubitent cruciatis, adeoque morti, se expo-  
nere.

Iam quod in virum constantem cadat etiam metus infamiae, si hēc grauis fuerit, & aliquiū momenti, ex eo patet: quod melius sit nomen bonum quā diuitiae multa Proverb. 22. Inde enim sequitur metum infamiae non minus cadere in constantem virum, quam metum amissionis bonorum. De qua re plenius Sanchez in preced. nu. 13. 14. & 15.

De metu autem excommunicationis maioris, dicendum est: eum leuem esse si excommunicatio fuerit iusta: quia tanquam medicina applicatur in remedium inobedientie. Esse vero grauem si excommunicatio fuerit iniusta, nec ei facile ocurrī possit recurrendo ad Superiorē per appellationem, aut per humilem petitionem absolutionis. Excommunicatio enim major pena est, qua maior nulla inferri potest iure Canonico ex capitulo. Corripantur 24. quæst. 3. nihilque tam formidandum est, quam ab Ecclesia separari, ex cap. Nihil tu. quæst. 3. Id autem fit per excommunicationem maiorem.

Addit ipse Sanchez alijs cōstat nu. 25. & 26. idem ac de me-  
tu amissionis omnium, aut maioris partis bonorum, dicendum est: in hac re de metu amissionis rei magna ac notabilis, aut instrumentorum totius vel maioris partis patrimonij. Idem quoq; de metu amissionis lucri notabilis, si metuens habet in quæstū ad illud faciendum, & ipse ab eo per iniuriam arcerit. Scilicet vero, si nullum tale ius habuerit, quia  
tunc cupiditas lucri frānari cōfletur potius, quam metus  
mali ineu*i*.

**Quartum Dubivm Est**, An metus reverentialis tan-  
quam cadens in constantem virum, efficiat inuidū matrimonium,  
quod per illum contrahitur. Istud latissime tra-  
ctat Sanchez in eod. lib. 4. diff. 6. Contenti erimus necessaria  
pro praxi, aliquot propositionibus tradere. Quibus premit-  
tendum est metu reverentiali hēc dici illum, quo inferior  
ex reverentia erga suum superiorē (vt filius erga patrem,  
& sic de ceteris) adducitur ad prestantū in matrimonium  
consensum sive exp̄sum, vt cum verbis alicuius signis, il-  
lum exterius declarat; siue presumptum, vt cum pater filio  
presente matrimonium contrahit pro eo, nec ipse contradicit. Ex tali enim taciturnitate presumitur consentire, ex cap.  
vñco De desponsi. impub. §. Porro in 6.

Prima igitur propositio, hoc ita posito, sit: Solum metum  
reverentiali, nisi mina, aut verbata, aut alterius grauius mali  
metus adiungatur, non cadere in constantem virum, ac pro-  
inde non annulare matrimonium. Hanc Sanchez nu. 7. ex  
vero iure deducit, pro eaq; plurimos autores citat. Ratio  
vero est, quod metus reverentialis nudus, non videatur tan-  
tam vim habere (sicu haberet si mina ei adiungerentur, ex  
cap. Ex literis, De desponsi. impuberum) vt vir constans eo  
terri debeat, atq; cogi cōfletur.

Moderanda est vero propositio, iuxta eundem nu. 11. & ali-  
quorū sequentes, vt non procedat, si cum metu reverentiali cō-  
currit, filium alium subditū, esse valde paternis aut heri-  
libus preceptis obtemperantem, & valde imbecillem: pa-  
trumq; erga filium, aut alium Superiorē erga suum subditū,  
sibi non contententem esse crudelem & austерum. Ratio  
est, quia sine minis potest esse metus viri constantis, si is cui  
reverentia debetur, nimis crudelis sit, & scutum pre se ferat,  
solitusque sit scutum, vbi non obtemperatur fū volun-  
tati: tunc enim quantumcunque mina desint actu: adiun-  
tamen virtute, cum probabilitate timore coactionis. Idem iudi-  
citur, si ad metum reverentialē adiungatur indignatio  
patris aut alterius Superioris, quæ probabilitate creditur  
futura diuina: ita vt patrem filius, aut alius inferior suū Su-  
periorē semper sit habiturus infestum, ac passim obijcien-  
tis inobedientiam, & peiora de eo sentientem atque lo-  
quentem, pro more corum qui alii infestū sunt. Talis enim  
mali timorem cadere in constantem virum, argumento est,  
quod vir prudens tale quid exigit ad eo grāve; vt quam  
illud, eligat potius à patria domoq; paterna exul esce. Id quod  
inter grauius mala numerant Doctores, quos idem Sanchez  
commemorat in preced. diff. 5. nu. 8.

Secunda propositio est: Cum metu reverentiali, & minus  
ad metum cadentem in constantem virum, requiri, vt is qui  
minatur solitus sit minas equi. Hanc Sanchez disput. 6.

83.

84.

nu. 21. probat: quia dum solet quis minas iactare, & patru exequi, perinde est ac si non minaretur: quo sit, vt viru prudentem nihil, aut parum tales mine mouant tanquam vanam ac nullius momenti. Addit idem in nu. 22. hanc non procedere, cum ille qui minatur potens fuerit, etiamsi de illius conditione dubitet, an sit arox & solitus minas executionis mandare. Ratio est: quia metum passus, merito timendi causam ex eo arripit, quod vir potens cui reverentia debetur, minatus sit. Etenim dum mores ipsius ignorantur, non est sequum exponere se periculo executionis talium minatum.

85.

Tertia propositio est: Metum reverentiale dari in omni illo, qui iure aliquo subiectionis subest alteri: vt in Clerico respectu Episcopi: in laico, respectu magistratus: in filio vel filia, respectu patris aut matris (quando haec perinde ac ille, austra fuerit & solitas minas exequi) aut aliorum ascendentium: ite in fratre vel sorore respectu fratris maioris, si cum hochabitet ab eoq; gubernetur; itemq; in minore annis respectu sui caratoris: ac demum in nepote aut in pte respectu patrum aut auunculorum cum quo habitat & a quo gubernatur. Ratio propositionis est: quod suapte natura inferiores, qd quibus subiectiuntur debeant reverentiam: quia pudorem ac timorem incutit, retrahentem ipos ne audeant voluntari illorum contradicere.

Quarta propositio est: Metum reverentiale precibus importunis, id est, instantissimum, ac sepius repetitis coniunctum, censeri posse cadere in constantem virum. De hac late dixerit Sanchez disput. 7. & illam tandem nu. 7. hac ratione concludit: quod cum ex vna parte importunitas cuiuscunq; non modo valde vrgeat, sed etiam vexet: & interduum opprimat: prout patet ex historia Sampsonis Iud. 16. vbi de Dalila dicitur, quod cum molesta esset ei, & per multis dies iugiter adhaeret, spatiuum ad quietem non tribuerit, defecit anima eius, &c. Ex altera parte vero reverentia debita persona potenti, reddat rogatum pusillaninem ac timidum: nec audentem contradicere. Cum inquam haec ita sint: iure fane optimo, vraque talis timendi causa coniuncta prudentem ac constantem virum coget, consiliumque extorabit. Vnde tali coniunctione concurrente cum metu reverentiali, is censeri poterit, ut cadens in constantem virum, matrimonij validitatem impedit. Hic duo occurunt notanda.

86.

Prius est: excommunicationem quidem ipso facto incurere Superiores qui cogunt suos inferiores ad matrimonium: imposta in Concil. Trid. sess. 24. cap. 9. De reform. matrimonij: parcer tamen posse sine vlo peccato tractare, & statuere de futuro matrimonio suorum liberorum, qui nondum artigerunt annos pubertatis, posseq; huiusmodi tractatum iuramento confirmare iuxta cap. Ex literis 2. De sponsalib. Et ratio est, quam ibid. gloss., verbo Tam patres, attigit: quia tale iuramentum intelligendum est, si filii voluerint postea consentire: quodq; ipsi parentes quantum licet potuerint, conabantur illos inducere ad huiusmodi matrimonium. Vbi aduerte quod si pena imposta esset illi, qui id à filio non consenseretur, ab illius solutione excusari eum, qui ad obtinendum talis consensum, quam potuit diligenter & industriam adhibuisse, ex cap. Gemma de sponsalib. Etraio est, quia puniendus non est, qui culpa caret.

Potius est: quod est, iadi non debat matrimonij libertas, possint tamen subditi a Principibus, & filii à parentibus non tantum prohibitione: sed etiam pena metu retrahit ab aliquo matrimonio per quod injuriarum, seu notabile detrimentum (adeg, grauiter peccarent) Reipubl. inferret aut propriæ familiæ, aut alii priuata persona. Sic enim cōtrahens; quia, verbi gracia, hostibus præbet occasionem inuidandæ Rempubl. aut infamiae notam inuitur sua familiæ, aut aliquem iniuste neci exponit, potest iuste puniri. De qua tota relate differens Sanchez videi potest in libr. 4. dissp. 22. & aliquot sequentib. illud solum monachimus ad eam facere, quod Isaac Gen. 28. filio suo Iacob prohibuit ne acciperet conjugem de genere Canaan: quodq; interduum iuste prohibetur lege vel statuto regionis, aut ciuitatis, ne matrimonium contrahatur cum ijs qui sunt alterius regionis aut ciuitatis. Quæ prohibitio sicut iusta est, ita obseruatio illius potest iuste virginem metu incusio: quia quando iuslus est, non obstat validitatem matrimonij.

QVINTVM DVBLIVM EST; An matrimonium contractum metu in constantem virum cadente, validum sit, si confirmetur iuramento. De hoc copiose quoque Sanchez differit in precedenti dissp. 20. Nobis autem sufficere posse videtur sequentes propositiones. Prima est: Si matrimonio per pte dictum metum contraacto, apponatur iuramentum de praesenti dicendo, Dico & iuro me ducere: siue matrimonium nullum est omnino, ita & iuramentum: adeo ut non indigat relaxatione. Haec deducitur ex cap. 2. De eo qui duxit in matrimonium: vbi eum qui per metum grauem contracto & iurato matrimonio secundum duxit, definitur libere permittendum esse cuon eadem secunda permanere. Quia significatur non modo prius matrimonium invalidum fuisse, sed etiam iuramentum ei additum minime obligasse. A loquo enim ob illius violationem imponeretur aliqua pena, à qua ne metus quidem grauis quo extortum fuerit omnino excusat, iuxta cap. Verum, De iure. Confirmatur quoque ratione: tum quia iuramentum accedens ad contractum propter cōmūnēm vtilitatem prohibut (cuī iusmodi est contra actus matrimonij factus metu cadente in constante virum) non obligat: vt patet ex cap. Si diligenter deforo competenti. Videntur est idem Sanchez lib. 1. dissp. 22. num. 8. & aliquot sequentib. Tum quia iuramentum sequitur naturam contraactus cui adiicitur. Ergo sicut matrimonium natura sua requirit cōensemū liberum, ita & iuramentum illi accedens, cōfendendum est requirere: iuxta regulam 42. iuris in 6. Accessorium, naturam sequi congruit principali. Tum denum, quia pte dictum iuramentum est a posteriori, cuius si nulla sit obligatio de praesenti, neque erit de futuro. Ipsum enim statim verum est aut falsum. Quod vero iuramentum quo matrimonium metu supradicto contractum confirmatur, falsum sit de presenti, patet: quia cale matrimonium nullum est, propter impedimentum metus interuenientis.

Secunda propositio est: Ex matrimonio per metum cadente in constantem virum contracto de praesenti iurato, nullam, ne quidem sponsalorum, configurare obligacionem. Probatur, quia tam sponsalia etiam iurata: quam matrimonium, ut valent, requirunt librum cōensemū, iuxta cap. Ex literis, De despons. impub. Cum ergo in proposito casu liber cōensemū deficiat omnino, talis contractus non valebit, neq; vt matrimonium, neq; vt sponsalia.

Tertia propositio est: Si contractui matrimonij per metum cadente in constantem virum initio per verba de futuro, adiicitur iuramentum, de non contraeniendo ei, nolla esse neq; contractus neq; matrimonij obligationem. Nam ea vel effet seruandum matrimonium absque nouo cōensemū, nouaque ratificatione illius: vel effet illud ratum habendi nouo cōensemū libero. At prior obligatio nulla est: quia dare tur alioqui obligatio ad peccatum mortale: quandoquidem vti matrimonio in valido, peccatum est mortale: nisi ipsum conualefecat nouo cōensemū libero. Posteriorem quoque obligacionem nullam esse, probatur: quia iurare se non contraentur matrimonio, sed nouo cōensemū libero illud habiturum ratum: perinde effac iurare se de novo contractu matrimonij: seu, quod idem est, se facere sponsalia iurata quæ quidem facta metu cadente in constantem virum non obligare, ante habitu effac late docet Sanchez lib. 4. dissp. 21. Qui pro eius rei pleniore notitia, videri quoq; potest in preced. dissp. 19. vt & in dissp. 15. pro declaratione: quod hinc sequitur: nempe matrimonium metu extortum, ut nullum est omnino, sic nullam obligacionem parere exparte contrahentium; ita ut vnu altero initio possit resilire.

Sed obiecti potest, iuramentum illiusmodi non esse contra bonos mores, ex cap. Inter cetera, 22. quæst. 4. ideoq; ferari posse sine salutis æterne dispicio, & obligare ad obseruacionem, iuxta cap. Cum contingat, De iure. & capit. Quamvis patet, De pactis in 6. Sic enim iurans solvere vñras ad redimendam vexationem, cum non peccet obseruando tale iuramentum, tenetur illud obseruare, ex cap. Debitoris. De iure. Respondendum est, quod esti iuramentum de quo agimus non fit contra bonos mores, quia potest absque culpa ferari: vergere tamen in preiudicium alterius (quod etiam sufficit ad tollendam illius obligationem, ex cit. cap. Cum contingat) quādoquidem obseruatio illius aduersetur

publice

publicæ vilitati, ut quid de se odiōsum, & perturbationis, aliorumque malorum seminarium in Repub. Adhæc iurans per iniustæ incusum metum, cadentem in constantem virū, potest à peccato excusari hoc nomine, quod ratione talis metus possit iurando uti verbis ambiguis; quibus iniuste co-gentem decipiatur; vel si apertis verbis uti cogatur, nō habendo intentionem iurandi: vel si habeat, subintelligendo mente aliquam conditionem, qua iuramentum reddatur inualidum; qualis est, Si iuste cogor: aut, Si alias obligor.

**S E X T U M D V B I V M E S T.** An validum sit matrimonium quod & contrahitur & consummatur per metum cadentem in constantem virum. Itud satis persequitur Sanchez in eodem lib. 4. disput. 18. Contenti autem erimus notare in foro conscientia distinguendum esse. Nam si is qui matrimonium coactus consummat, accedit ad sponsam nō affectu maritali tanquam ad vxorem, sed animo forniciati in conscientia non est matrimonium. Nec enim est per priorem consensum, quia is non potuit efficere matrimonium, cum procederet ex metu cadente in constantem virum; nec per ipsam consummationem, in qua cum nullus sit consensus in matrimonium, ut supponitur, nullum quoq; ex ea erit matrimonium. Si vero ille qui matrimonium consummare, metu etiam mortis cogitur, accedit ad sponsam aff. Et maritali tanquam ad vxorem, matrimonium erit validum, qua nouum consensum in matrimonium adhibuit, sufficiendum ad illius validitatem, non obstante metu: quia metus mortis quidem, cum agitur tantum de consensu in matrimonio, potest censeri metus cadens in constantem virum; quia talis consensus non est peccatum mortale, quod vir constans nunquam eligit. Non potest autem similiter censeri, cum agitur de consummatione matrimonij: quia si forniciario, non autem affectu maritali fiat, peccatum est mortale: & ideo illam vir constans nūquam eligit p̄ morte. Vnde sit, ut matrimonium nequeat inualidum censeri, ex eo, quod consummatus sit per metum cadentem in constantem virum.

## C A P V T . X I V .

## De impedimento erroris.

## S V M M A R I V M .

- 91 *Quæ ignorantia significetur nomine erroris constituentis impedimentum matrimonij.*
- 92 *Error circa personam iure naturæ impedimentum est validitatis matrimonij.*
- 93 *Non item error circa persone qualitatem, nisi sub huius conditione matrimonium contrahatur.*
- 94 *Aut cum illius errore in voluntate error persone: quod contingat, qua ratione prehendatur.*
- 95 *Tria requisiuta ut error qualitatibus, errorem persone inuoluere censetur.*
- 96 *Impedimentum erroris circa qualitatem conditionis servituli.*
- 97 *Cur alij contractus, non autem matrimonium, per errorem circa quantitatem rei redditus inualidum.*
- 98 *Duo adhuc errores quibus matrimonium redditur inualidum.*

**C**ONSENSU libero qui ad matrimonium, iuxta antedicta necessarius est, obstat non modo vis, sed etiam ignorantia: quæ esse potest vel puræ negationis, vel præuæ affectionis: quarum illa nullum ponit intellectus iudicium, v̄pote negligentia pura, ideoque de ea non est sermo in praesentia: cum contrahens matrimonium nunquā id faciat ex pura ignorantia, sed ex aliqua scientia: quandoquidem necesse est ut aliquo modo cognoscat personam cum qua contrahit, cum voluntas non feratur in incognitum. Ignorantia vero præuæ affectionis, est quidem cum aliquo intellectus iudicio, sed falso: ut quando iudicio cum esse Petrum qui est Paulus: constituitq; errorum, de quo hic agitur, quantum in contractu matrimonij contingens, cum reddit inualidum. Duplex autem potest esse talis error, vñus contingens circa personam cum qua contrahitur: quando felicit

hæc de facto est alia ab ea cum qua contrahens putat se contrahere: ut quando Iacob accepit Liam ex filiis esse Rachelem Genel. 29. Alter vero potest esse circa qualitatem seu conditionem eiusdem persona, ut cum putatur nobilis, vel formosa, vel Catholica, vel conditionis liberæ, vel diues, & sic de ceteris: non est.

Atque prior error facit matrimonium iure naturæ omnino inualidum, itaut nūquam conualecat: nisi post cognitum errorem, accedit nouus in illud consensus, prout accedit in matrimonio Iacob cum Lia. In quam sententiam magnum authorum numerum refert Sanchez lib. 7. disput. 18. num. 12. Pro quo facit cap. vnicum 29. quest. 1. Facit & aperta ratio: quia talis error tollit omnino consensum de iure naturæ requisitum ad matrimonij validitatem. Qui enim cum tali errore consentit, non consentit in personam qua illi adest, sed in eam quam animo concepit; quia non nisi animo conceptum cognitumque, velle censemur.

Si obicias in aliis contractibus satis esse si pro eo de quo facti sunt, detur & quivalens aut aliud praefatius. Respondeatur, non esse eamē rationem: quia ceteri contractus sunt circa res, ratione estimationis & pretij earum. Et ideo quātumvis circa res ipsas error interueniat, nihilominus si nullus sit circa estimationem & pretiam earumdem, non erit impedimentū validitatis. In matrimonio vero quia est contractus circa vinam personam in singulari (illud n. contrahens, sic debet cum una persona contrahere, ut excludat omnes alias) error circa tales personam, reddit ipsum in ualidum.

Posterior autem error, qualis est, cum quis ducit hereticam, pro Catholica; pauperem, pro diuite, & sic de ceteris (excepta qualitate conditionis servituli de qua paulo post) non reddit matrimonium inualidum. Pro quo Sanchez in memorata disput. 18. num. 18. refert multos authores. Et facit supra citatum cap. vnicū: atque ratio, quia cum tali errore concurrens sufficiens consensus in personam, ad matrimonium necessarius: quandoquidem nullæ tales qualitates attinent ad matrimonij essentiam, sed extra eam sunt, tanquam accidentia: nisi ipsum torte contraheretur sub conditione aliquius earumdem qualitatum. Quod quidem vt centetur contingere Sanchez in sequentium. 21. notat requiri ut intentio ponendi talem conditionē sit actualis: seu quam contrahens tunc actū habuit cum contrahebat: aut saltem virtualis, seu quam contrahens habitam priusquam contraheret, non reuocauit per actum contrarium:

**A D V E R T E** vero nonnunquā in matrimonio cū errore qualitatis, inuolui errorem personæ, ipsumque ea de causa esse nullum. Quod vt deprehendit possit, op̄ret diligenter aduertere verum consensu feratur primo ac directe in hanc personam in particulari, seu in indiuiduo, & consequenter in personam qua habet tales qualitates annexas: v.g. nobilitatem, diuinitatem, &c. vt fit quando fœmina matrimonium contrahit cum aliquo qui se profitet nobilem & diuitem, cum sit ignobilis & pauper. Tunc enim error est tantum qualitatis, non item personæ: vnde validum est matrimonium, neque dolus vitiat sic contractum, quantumcumque causam ei dederit: vt aliquot alii citatis notat Coua. in E. it. par. 2. cap. 3. §. 7. nu. 3. Pro quo facit, quod ex cap. Cum in Apostolica, De sponsalibus: mendacium seu surreptio non vivit matrimonium. Quod si ē contrario consensus primo ac directe feratur in personam, qua tales habeat qualitates, & consequenter in particulari in hanc, v.g. in primogenitum Petri, patutum diuitem & nobilem, cum non sit talis: error est qualitatis inuoluei errorem personæ, quia deficitibus tunc qualitatibus, sub quibus persona intendebatur, consequenter deficit persona: si que matrimonium est inualidum, prout post D. Thomam in 4. distinc. 30. quest. 1. art. 2. ad 5. docent. Sotus eadem distinc. quest. 1. art. 1. paulo ante solutionem argumentorum, & Sylu. in verbo. Matrimonium 8. quest. 1. dicto 4. nonnullique alij quotum meminit Sanchez in memorata diff. 18. num. 25.

Ne autem in hac re falli contingat, meminisse oportet tria requiri, ut error qualitatis errorēm personæ inuolue censetur, quæ in Ench. ca. 22. nu. 32. Nauarr. insinuat. Primū est, ut notitia personæ habeatur sub illa qualitate, sub qua intenditur, ut, v.g. sub qualitate primogeniti. Neque enim error est sine cognitione erronea; quam prius præcessit.